menedemi unum est et tua pompa eo traducenda est. BAC. quarem
agis scelus? SYR. egon argentum cudo quod tibi dem. BAC. dignam
me putas quam inludas? SYR. non est temere. BAC. etiam ne tecum
[illegible] res mihi est? CLI. minime tuum tibi reddo. BAC. eatur. SYR. sequere.
[illegible] heus dromo. DRO. quis me uult? SYR. syrus. DRO. quid est rei?
[illegible] ancillas omnis bacchidis traduce huc ad uos propere. DRO.
[illegible] am obrem? SYR. ne quaeras. et ferant quae secum huc attulerunt.
[illegible] perabit sumptum sibi senex leuatum esse harunc abitu. ne ille
[illegible] audscit hoc paululum lucri quantum ei damni adportet.
tu nescis id quod scis dromo si sapies. DRO. mutum dices.

CHREMES SENEX. SYRUS SERUUS.

CHR. Itamen di amabunt ut nunc menedemi uicem mise
ret me tantum deuenisse ad eum mali. illancine mulierem
alere cum illa familia. etsi scio hosce aliquot dies non sen
tiet. ita magno desiderio fuit ei filius. uerum ubi uidebit
tantos sibi sumptus domi cotidianos fieri nec fieri modum.
optabit rursum ut abeat abs se filius. syrum optume eccum.
SYR. cesso hunc adoriri? [illegible] syre. SYR. hem. CHR. quid est? SYR. te mihi
ipsum iamdudum exoptabam dari. CHR. uidere egisse iam nescio
quid cum sene. SYR. de illo quod dudum dictum ac factum red
didi. CHR. bonan fide? SYR. bona hercle. CHR. non possum pati.
quin tibi caput demulceam. accede huc syre. faciam boni tibi
aliquid pistare ac lubens. SYR. at si scias quam scite mihi in
mentem uenerit. CHR. uah. gloriare euenisse ex sententia.